

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Hospitalitas e  
cum fonte primo

Vt humanitatis intuitu hospitio recipiat non habentes hospicium, et egenum sine tecto inducat in domum suam, nec solus deuoret bona Christi que ei largita est bonitas Christi, et ut ylaudem datorem diligat Christus, sine murmure contribuat pauperibus Christi.

Ambrosius in suo pastoralis super illud ad Tytum I.: Hospitalitatem.

Et post haec addidit: *Hospitalem* (I *Tim.* III, 2);

ut humanitatis intuitu hospitio recipiat non habentes hospitium, et egenum sine tecto inducat in domum suam, nec solus deuoret dona Christi, quae ei largita est bonitas Christi: et quia hilarem datorem diligit Deus, sine murmure contribuat pauperibus Christi.

Auctor incertus, *De dignitate sacerdotali*, 4 (PL 17, col.573A).